Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ra

simus die una apud illos Alia autem die profecti venimus cesa-
ream et intrantes domum philippi euangelistae qui erat unus de septem
manimus ibi apud eum huic autem erant quatuor filie virgines prophe-
tantes Et cum moraremur per dies aliquot descendit a Judea prophetaquo
Agabus Et cum venisset ad nos tulit zonam pauli et alligans sibi
pedes et manus dixit Hec dicit spiritus sanctus. Virum cuius est zo-
na hanc sic alligabunt in Jerusalem Judei et tradent in manus gentium
Hec cum audissemus rogabamus nos et qui loci illius erant ne
ascenderet Jerusalem Tunc respondit paulus et dixit Quid fa-
citis flentes et affligentes cor meum ego enim non solum alligari sed
et mori in Jerusalem paratus sum propter nomen domini Jhesu. et cum ei persua-
dere non possemus. desistimus. dicentes. Domini voluntas fiat Post dies
autem istos imposita ascendebamus in Jerusalem Venerunt autem et ex
discipulis a caesarea nobiscum adducentes secum apud quem hospitaremur
Jasone cypro quendam a primo antiquo discipulum Et cum venissemus Jeroso-
lymam libenter exceperunt nos Sequenti autem die introibat paulus
nobiscum ad jacobum omnesque collecti sunt seniores Quos cum salutasset
narrabat per singula quae fecisset deus in gentibus per ministerium ipsius
At illi cum audissent magnificabant deum dixerunque ei Vides fra-
ter quot milia sunt in judeis qui crediderunt et omnes emulatores sunt
legis Audierunt autem de te quod discessionem docuisti a moyse eorum qui
per gentes sunt judeorum dicens. non debere eos circumcidere filios suos
neque secundum legem ingredi Quid ergo est enim oportet convenire multitudinem
audiet enim te supervenisse. hoc ergo fac quod tibi
dicimus Sunt nobis viri quatuor votum super se habentes. hos assumptos
sanctificatus cum illis et impende in illis ut mittant capita et sciant
omnes. quia quod de te audierunt falsa sunt sed ambulans et ipse custo-
diens legem de hiis autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus. iudicantes nihil eos huiusmodi observare nisi ut abstineant
se ab idolis immolato et sanguine et suffocatione et fornicatione
Tunc paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis
intrauit templum annuncians expletionem dierum purificationis donec
offerretur pro unoquoque eorum oblatio Dum autem septem dies consum-
marentur hii qui de asia erant iudei cum vidissent eum in
templo conturbauerunt omnem populum et iecerunt ei